



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Tertiam Partem Summæ Theologiæ. Cum Commentariis
Reuerendiss. D. Thomæ de Vio Caietani Cardinalis S. Sixti, Et Opvscvlis
Eivsdem In tres Tomos distinctis

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

8. Vtrum degradati.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72797](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72797)

morez, q̄ ministrat
tunc, & cum dī. pars
mortua nō mereat
sicut vīna, verū est,
quo ad meritū ex p-
sona p̄pria: sed fec̄,
est, quo ad meritū ex
p̄sona ecclesīe: cum
quosā, q̄ parte vī-
na ministrare melior
sit simpliciter missa:
q̄a iudicis: tūc cōcur-
rit meritū. s. ex perso-
na ecclesīe, & ex p-
sona p̄pria.

tuis. Quantum ergo ad sacramen-
tum, nō minus valet missa sacer-
dotis mali, quā boni: quia vtro-
biq; idem conficitur sacramen-
tum. Oratio etiā quēsit in missa,
potest cōsiderari dupliciter: vno
modo, inquantū habet efficacīā
ex deuotione sacerdotis orantis:
& sic non est dubiū, quod missa
melioris sacerdotis magis est fru-
ctiuosa: alio modo, inquantū oratio
in missa profertur a sacerdo-
te in persona totius ecclesīe, cuius
sacerdos est minister: quod idem ministeriū
est in peccatorib; manet: sicut supra dictum est † de
ministerio Christi, vnde et quantū ad hoc est fru-
ctiuosa non solum oratio sacerdotis peccatoris in
missa, sed et omnes eius orationes, quę faciunt in ec-
clesiasticis in officijs, in quib; gerit personam eccle-
sīe: licet orationes eius priuatae non sint fructuo-
sae, sicut illud Prouer. 28. Qui declinat aures suas, ne
audiat legem, oratio eius erit execrabilis.

An. p̄ced.
D. 99.
D. 144.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod Gregor.
loquitur ibi, quantum ad sanctitatem diuini sacra-
menti.

AD SECVNDVM dicendum, quod in sacra-
mento baptismi non sunt solennes orationes, pro
omnibus fidelibus, sicut in missa, & ideo quan-
tum ad hoc non est simile: est autem simile quan-
tum ad effectum sacramenti.

AD TERTIVM dicendū, quod per virtutem Spiritus
sancti (qui per unitatem charitatis cōicit inuicem
bona membrorū Christi) fit, quod bonum priuatum,
quod est in missa sacerdotis boni, est fructuosum
alijs. Malum autem priuatum vnius hominis non
potest alteri nocere, nisi per aliquem consensum,
ut Aug. * dicit in lib. contra Parmenianum.

Lib. 1. r. 6.
r. 1. c. 1. c. 2.
c. 3.

ARTICVLVS VII.

Vtrum heretici schismatici, & excommunicati pos-
sint consecrare.

AD SEPTIMVM sic proceditur. Vt quod heretici,
schismatici, & excommunicati, eucharistiam
consecrare nō possint. Dicit em̄ Aug. quod extra eccle-
siam catholicam non est locus veri sacrificij. Et Leo
Papa dicit, * & habetur in Decretis. 1. q. 1. Aliter. s.
quam in ecclesia, quę corpus Christi est, nec rata
sunt sacerdotia, nec vera sacrificia: sed heretici, schif-
matici, & excommunicati sunt ab ecclesia separati.
ergo non possunt verum sacrificium conficere.

¶ 2. Præter. Sicut ibidem legitur, Innoc. † Papa dicit,
arianos ceterasq; eiusmodi pestes, quia laicos eorū
cum sub imagine penitentiae suscipimus, non vidē-
tur clerici eorum cum sacerdotij aut cuiuspiā my-
sterij suscipiendi dignitate esse, quib; solum bap-
tismatum esse permittimus: sed non potest aliquis
consecrare Eucharistiam, nisi sit cum sacerdotij di-
gnitate: ergo heretici, & ceteri huiusmodi, nō pos-
sunt Eucharistiam consecrare.

¶ 3. Præter. Ille, qui est extra ecclesiam vtr̄ aliquid pos-
se agere in persona totius ecclesīe: sed sacerdos cō-
secrans eucharistiā, hoc agit in persona totius eccle-
sīe: quod patet ex hoc, quod omnes orationes propo-
nit in persona ecclesīe. ergo videtur, quod illi, qui sunt
extra ecclesiam. s. heretici, & schismatici, & excom-
municati, non possunt consecrare Eucharistiam.

SED CONTRA est, quod Aug. * dicit in 2. Contra

Parmenianum, sicut baptismus in eis. s. hereticis,
schismaticis, & excommunicatis, ita ordinatio mansit in-
tegra: sed ex vi ordinationis sacerdos potest conse-
crare Eucharistiam. ergo heretici, schismatici, & ex-
communicati, cum in eis maneat ordinatio integra, vide-
tur, quod possint consecrare eucharistiam.

RESPON. Dicendum, quod quidam dixerunt, quod he-
retici, & schismatici, & excommunicati, quia sunt
extra ecclesiam, non possunt conficere hoc sacra-
mentum. Sed in hoc decipiuntur: quia sicut Aug. *
dicit in 2. Contra Parmenianum, aliud est aliquid
omnino non habere, aliud autem non recte habe-
re: & similiter et est aliud non dare, & aliud non re-
cte dare. Illi igitur, qui intra ecclesiam cōstituti, re-
ceperunt potestatem consecrandi eucharistiam in
ordinatione sacerdotij, recte quidem habent pote-
statem, sed non recte ea vtuntur, si postmodum per
heresim, aut schisma, vel excommunicationem, ab eccle-
sia separentur. Qui autem sic separati ordinantur,
nec recte habent potestatem, nec recte vtuntur. Quod
tñ vtriq; potestatem habeant, patet per hoc, quod (si-
cut Aug. * ibidem dicit) cum redeunt ad vnitatem
ecclesīe, non reordinantur, sed recipiuntur in suis
ordinibus. Et quia consecratio eucharistię est actus
consequens ordinis potestatem, illi qui sunt ab ec-
clesia separati per heresim, aut schisma, vel excom-
municationem, possunt quidem consecrare eucha-
ristiam, quę ab eis consecrata verum corpus, & san-
guinem Christi continet, non tñ hoc recte faciūt,
sed peccant facientes, & ideo fructum sacrificij nō
percipiunt, quod est sacrificium spirituale.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod auctoritates il-
lae, & similes intelligendę sunt, quantum ad hoc,
quod nō recte extra ecclesiam sacrificium offertur,
unde extra ecclesiam non potest esse spirituale sacri-
ficium, quod est verum veritate fructus, licet sit ve-
rum veritate sacramenti, sicut etiam supra dictum
est, * quod peccator sumit corpus Christi sacramen-
taliter, sed non spiritualiter.

AD SECVNDVM dicendum, quod solus baptismus
permittitur esse reatus hereticis, & schismaticis, quia
possunt licite baptizare in articulo necessitatis. In
nullo autem casu licite possunt eucharistiam conse-
crare, vel alia sacramenta conferre.

AD TERTIVM dicendum, quod sacerdos in missa in
orationib; quidem loquitur in d̄ persona ecclesīe, in
cuius unitate consistit. Sed in consecratione sacra-
menti loquitur in persona Christi, cuius vicem in
hoc gerit per ordinis potestatem, & ideo si sacerdos
ab unitate ecclesīe precipis, missam celebret, quia po-
testatem ordinis non amittit, consecrat verū corpus,
& sanguinē Christi: sed quia est ab ecclesīe unitate
separatus, orationes eius efficaciam non habent.

Q. 80. ar. 3.

ARTICVLVS VIII.

Vtrum sacerdos degradatus possit hoc sacramentum
conficere.

AD OCTAVVM sic proceditur. Vt quod sacerdos de-
gradatus non possit hoc sacramentum confi-
cere. Nullus enim conficit hoc sacramentū, nisi per
potestatem cōsecrandi quam habet: sed degradatus
non habet potestatem consecrandi, licet habeat po-
testatem baptizandi, ut dicit Cano. 1. q. 1. c. quidā. *
ergo videtur, quod presbyter degradatus non pos-
sit eucharistiam consecrare.

¶ 2. Præter. Ille qui aliquid dat, potest et auferre: sed
episcopus dat presbytero potestatem consecran-
di. Tertia S. Thomæ. MM 3 di,

1. 1. c. 13. ante
med. 10. 2.

Lib. 2. contra
Parmenianū
ca. 13. tom. 7.

D. 99.

4. dist. 13. q. 1.
art. 1. q. 4. &
quodlibet. art.
16.

Habetur in
dec. 1. q. 1. c.
Quod quidā
circa med.

di, ordinando ipsum, ergo etiam potest ei auferre, degradando eum.

¶ 3. Præter. Sacerdos per degradationem, aut amittit potestatem consecrandi, aut solam executionem: sed non solâ executionem: quia sic non plus amitteret degradatus quàm excommunicatus, qui etiam executione caret, ergo videtur, quod amittat potestatem consecrandi: & ita videtur, quod non possit conficere hoc sacramentum.

Lib. 3. ca. 13. co. 7.

SED CONTRA est, quod ¶ Augu. in 2. contra Parmenianum probat, quod apostata à fide non carèt baptismate, per hoc quod per poenitentiam redeuntibus non restituitur, & ideo amitti non posse iudicatur: sed similiter degradatus, si reconcilietur, nõ est iterum ordinandus, ergo non amittit potestatem consecrandi, & ita sacerdos degradatus potest conficere hoc sacramentum.

Q. 63. arti. 5

RESPON. Dicendum, quod potestas consecrandi Eucharistiæ, pertinet ad characterem sacerdotalis ordinis. Character autem quilibet, quia cum quadam consecratione datur, indelebilis est, vt supra dictum est, * sicut, & quarumcunque rerum consecrationes perpetuæ sunt, nec amitti nec reiterari possunt: vnde manifestum est, quod potestas consecrandi non amittitur per degradationem. Dicit enim ¶ Aug. in 2. Contra Parmenianum, vtrumque. scilicet baptismus, & ordo, sacramentum est, & quadam consecratione vtrumque homini datur: illud, cum baptizatur: istud, cum ordinatur: ideoque non licet à catholicis vtrūque iterari, & sic patet, quod sacerdos degradatus potest conficere hoc sacramentum.

Lib. 3. ca. 13. a med. to. 7.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod canon ille non loquitur assertiue: sed inquisitiue, sicut ex circumstantia literæ haberi potest.

AD SECUNDUM dicendum, quod episcopus non dat potestatem sacerdotalis ordinis propria uirtute, sed instrumentaliter, sicut minister Dei: cuius effectus per hominem tolli nõ potest, secundum illud Matth. 19. Quos Deus coniunxit, homo non separet. Et ideo episcopus non potest hanc potestatem auferre: sicut nec ille, qui baptizat, potest auferre characterem baptismalem.

AD TERTIUM dicendum, quod excommunicatio est medicinalis, & ideo excommunicatis nõ auferitur executio sacerdotalis potestatis, quasi in perpetuum, sed ad correctionem usque ad tempus. Degradatis autem auferitur executio, quasi in perpetuum condemnatis.

¶ Super Questionis 82. Art. nonum.

ARTICVLVS IX.

Vtrum liceat ab excommunicatis, vel hæreticis, seu peccatoribus, communionem recipere, & eorum missam audire.

IN AR. 9. aduerte di-
sputationes, & in-
uestigationes, & cano-
nes de participandis
in sacramentorū pe-
ccatione, & ceteris di-
uini, cũ excommunicatis,
suspensis, &c. hodie
vacare. pp statutu i
cõcilio Cõstatiensi,
quo cõcessum est oĩ-
bus Chri fidelibus
participare cũ excom-
municatis, &c. nisi in
duobus casibus. scilicet
si fuerint nominatim
denunciati, vel noto-
rie pufferint cleri-
cũ, vt refert Archieps
Florētinus in 3. par.
summæ suæ, tit. 28.

Sup. q. 64. ar-
tic. 9. ad 2. &
3. & 4. dist. 3.
q. 1. ar. 3. q. 3.
Referri hoc
in decret. 1. q.
1. c. Neque
in prin.

AD NONVM sic proceditur.
Videtur, quod aliquis licite pos-
sit communionem recipere à sa-
cerdotibus hæreticis, uel excom-
municatis, uel etiam peccatorib.
& ab eis missam audire. Sicut enim
¶ Augu. contra Petilianum dicit,
neque in homine bono, neque in
homine malo aliquis Dei fugiat
sacramenta: sed sacerdotes quã-
uis sint peccatores, & hæretici, uel
excommunicati, uerum confi-
ciunt sacramentum, ergo uidetur,

quod non sit uitandum ab eis communionem accipere, uel eorum missam audire.

¶ 2. Præter. Corpus Christi uerum, figuratiuum est corporis mystici, sicut supra dictum est: sed a prædictis sacerdotibus uerum corpus Christi consecratur, ergo uidetur, quod illi, qui sunt de corpore mystico, possint eorum sacrificijs communicare.

¶ 3. Præter. Multa peccata sunt grauiora, quàm fornicatio: sed non est prohibitum audire missas sacerdotum aliter peccantium, ergo et non debet esse prohibitum audire missas sacerdotum fornicatorum.

SED CONTRA est, quod canon dicit 32. * dist. Nullus missam audiat sacerdotis, quem indubitanter cõcubinam nouit habere. & ¶ Greg. dicit in 3. Dialog. quod pater perfidus arrianum episcopum misit ad filium, ut de eius manu sacrilegæ consecrationis communionem perciperet: sed uir Deo deditus arriano episcopo uenientem exprobrauit, ut debuit.

RESPON. Dicendum, quod (sicut supra dictum est *) sacerdotes si sint hæretici, vel schismatici, uel excommunicati, uel etiam peccatores: quamuis habeant potestatem consecrandi eucharistiæ, non tamen ea recte utuntur, sed peccant utentes. Quicumque autem communicat alicui in peccato, ipse participans peccati efficiatur: vnde & in 2. Canon. * Ioan. dicitur, quod quis dixerit ei, aue (scilicet hæretico) communicat operibus illius malignis, & ideo non licet à prædictis communionem accipere, aut eorum missam audire. Differt tamen inter prædictas sectas.

Nam hæretici, & schismatici, & excommunicati, sunt per sententiam ecclesiæ, executione consecrandi priuati, & ideo peccat quicumque eorum missam audit, uel ab eis accipit sacramenta: sed non omnes peccatores sunt per sententiam ecclesiæ executione huius potestatis priuati. Et sic quamuis sint suspensi quantum ad se ex sententia diuina, non tamen quantum ad alios ex sententia ecclesiæ. Et ideo uique ad sententiam ecclesiæ licet ab eis communionem accipere, & eorum missam audire: vnde super illud 1. Corinth. 5. Cum huiusmodi nec cibum sumere, dicit gl. ¶ Aug. Hoc dicendo, noluit hominem ab homine iudicari ex arbitrio suspensionis, uel et extraordinario usurpato iudicio, sed potius ex lege Dei secundum ordinem ecclesiæ, siue ultro confessum, siue accusatum, & conuictum.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod in hoc, quod refugimus audire missas talium sacerdotum, aut ab eis communionem recipere, non refugimus Dei sacramenta, sed potius ea ueneramur (vnde hostia a talibus sacerdotibus consecrata est adoranda, & si referretur, licite potest sumi à sacerdote legitimo) sed refugimus culpam indigne ministrantium.

AD SECUNDUM dicendum, quod unitas corporis mystici est fructus corporis ueri percepti. Illi autem qui indigne percipiunt, uel ministrant, priuantur fructu, ut supra dictum est. ¶ & ideo non est sumendum ex eorum dispensatione sacramentum, ab eis qui sunt in unitate ecclesiæ.

AD TERTIUM dicendum, quod licet fornicatio non sit grauior ceteris peccatis, tamen ad eam proniores sunt homines propter carnis concupiscentiam. Et ideo specialiter hoc peccatum sacerdotibus prohibitum est ab ecclesia, & ne aliquis audiat missam concubinarij sacerdotis. Sed hoc intelligendum est de notorio, uel per sententiam, quæ fertur in conuictum, uel per confessionem in iure factam, uel quando non potest peccatum aliqua tergiversatione celari.

Super